

lis fuit puritas b. Virginis, quae a peccato originali, et actuali fuit immunis. Et in expositione salutationis beatae Virginis: Ipsa (inquit) purissima fuit quantum ad omnem culpam, quae nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Nec refert, quod quispiam dicat (in 3. par.), mutasse sententiam. Nam, ut refert Magister Ioannes Vitalis, insignis theologus in tractatu de conceptione Virginis, ipse testatur, se vidisse specialem quendam librum Retractionum d. Thomae, in quo retractabat opinionem, quam docuerat contra immaculatam Virginis conceptionem, sicut Augustinus multa retractavit, quae antea docuerat. Maximus item theologus ille Varro, Scoti magister, (in 3. sententiarum distinct. 3.) hanc etiam sententiam docuit, addens, quod si debet errare, vult potius errare in abundantia laudis Virginis Mariae, quam in diminutione: et Scotus (in 3. dist. 3.), et clarus, et sine formidine (dist. 18. quest. unica §. hoc viso), ubi ait: B. Virgo Mater Dei nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati actualis, nec ratione originalis; fuisse tamen, nisi fuisset praeservata. Irrefragabilis noster Alexander de Ales in libro, quem de beata Virgine edidit, qui Tholosea inenatus extat in choro ecclesiae cathedralis, probat, ipsam Gevriticam ab originali peccati macula praeservatam: ubi etiam retractat quiddam in contrarium dixerat (in tertio sententiarum distinctioe 3). Nicolaus de Lyra super caput primum Lucae: Prius (inquit) Spiritus venerat super Virginem adhuc in utero matris existentem, eam a peccato originali praeservando. Aureolus sanctae romanae ecclesiae cardinalis (in 3. dist. 3) multis rationibus, et testimoniis sacrae Scripturae firmiter eandem veritatem docet. Richardus de sancto Victore in sermone, qui incipit: Non dum erant abyssi, ait: Non decessit, ut caro Mariae obnoxia foret quocumque culpa: nam Dei sapientia indignum credimus, ut quam in lucem gentium praedestinavit, pravitate tenebris sinneret involti: non erit ingratus propriae Matri, qui patri, matrique honorem praecipit exhiberi. Illuminatus doctor Mayronus (in 3. dist. 3. quaest. 2) per undecim articulos probat eandem sententiam, specialiter tamen art. 2 ait: Si Christus Matrem suam permisisset incurere peccatum originale, peius sibi fuisset, quam si eam perpetuo poena sensus punivisset: unde beata Virgo in puris naturalibus constituta, prius poenam aeternam elegisset, quam peccatum originale, quia magis quis debet fugere odium Dei, quam poenam aeternam. Magister Henricus in quodam sermone, qui incipit: Consurgit virga, ait: Sacratissimam Virginem, quam Deus ab aeterno praedestinavit, ut esset Mater Dei, sub potestate diaboli fuisse, et peccati sordibus infectam, sentire non audeo, dicere pertimesco. Insignis noster Angelus de Pas (in exposit. symboli lib. 5. c. 2) his verbis probandum aggreditur immaculatam Virginis conceptionem: Omni argumentorum genere Mariae integram, plenamque a conceptione sanctitatem aggressor ostendit: hoc enim Scriptura, concilia, ratio, auctoritas, et si quid ab exteris argumentatione petita potest, ipsam persuadet. Famosus Petrus Hispanus in tractatu de conceptione Virginis ait: Honestior disputatio esset, excellen-

tiam aliquam sacratae Virginis conceptioni supra primorum parentum creationem concedere, quam ipsam illis inferiorem appellare praesumere. Richardus item de Mediavilla, et Dominus Armaeanus, qui contrariam sententiam tenebant, postea palinodiam decantantur; ille quidem in expositione salutationis angelicae, hic vero in sermone super illa verba: Sapientia adquisivit sibi domum, (Proverb. 9). Et Gilbertus episcopus in insigni quadam concione de laudibus Virginis ait: Ipsa quoque benedicta Virgo a Filio suo praeservata potest dicere illud Iudith 13: Non permisit Dominus me ancillam suam coquinari. Incognitus pariter super Psalmum 29 in illa verba: In voluntate tua praestitisti decori tuo virtutem, sic ait: Peccatum originale duobus modis contrahitur, scilicet, casualiter, et formaliter. Casualiter, quando seminaliter quoque conceptur, et tunc in re concepta est quadam foeditas, et pronitas ad malum, quae est causa, quare anima creata, et illi corpori unita peccatum contrahit; formaliter, ita, quod peccatum originale casualiter contrahitur in propagatione seminis, sed formaliter in conceptione hominis. Modo ad propositum, Christus non contraxit formaliter, neque casualiter, quia non descendit ab Adam per naturalem propagationem, sed habuit omnimodam innocentiam; Virgo autem Maria contraxit casualiter, quia per seminale propagationem concepta, sed non contraxit formaliter, quia, antequam anima eius esset creata, illud semen fuit purificatum, et sanctificatum: sic anima illi unita non fuit maculata. Cardinalis Bellarminus (lib. 4. de statu peccati), postquam variis testimoniis immaculatam Virginis conceptionem comprobaverat, haec egregia verba subiunxit: Sed, nec rationes desunt ad hanc ipsam sententiam confirmandam; nam certum est, Deum potuisse beatam Virginem a peccato originali contagione praeservare: probabile autem est, etiam voluisse; igitur probabile est, eam ab huiusmodi contagione fuisse praeservatam. Potuisse Deum hoc facere, negari non potest: nam neque ex parte Dei, neque ex parte creaturae ulla repugnantia cernitur: non quidem ex parte Dei, quia est omnipotens, et non est impossibile apud Deum omne verbum: non item ex parte creaturae; nam nihil obstat, quominus eodem temporis puncto anima rationalis creetur a Deo, et gratia replatur; quod factum esse credimus in creatione angelorum, et animarum primorum parentum, et multo certius in creatione animae Christi. Deinde, si potest anima iustificari, postquam peccatum habere coepit, ac per hoc de iniusta fieri iusta, ut in nobis fieri non dubitamus, cur non poterit anima in ipsa creatione sanctificari, antequam incipiat esse peccatrix? Dices: non repugnat absolute dicino potentiae, aut voluntati praeservare aliquem a peccato, et repugnat tamenposito decreto illo dicino, et immutabili, quo statuit Deus, ut si Adam non peccaret, omnes homines conciperentur iustitia originali praediti; sin autem peccaret, conciperentur in iniquitate, et essent natura filii irae. Respondeo: Decretum illud dicinum ita esse intelligendum, ut si Adam peccaret, omnes homines, qui ex ipso originem traherent, ex vi conceptionis obnoxii essent peccato, neque ullum ius haberent ad ius-

stittiam illam, quam in primo parente acceperant: non tamen eo decreto potestatem Deo esse ablatam, quominus ex misericordia, et privilegio singulari posset aliquem a peccato reipsa praeservare. Nam ex Adam non solum peccatum, sed etiam mortem in totum genus humanum redundasse credimus; idque ob decretum Dei, quod dictum est: Quocumque die comederis, morte morieris. Unde Apostolus (1. Corinth. 15): In Adam (inquit) omnes moriuntur; et tamen quis ambigit, posse Deum efficere, ut aliquis reipsa non moriatur? Decreto enim satisfieri videtur, si omnes Adae posteris mortis obnoxii sint. Item Iacobus episcopus Christophollitanus super Psalmum 45. haec singularia prae ceteris verba habet: Christus debuit, et tenebatur Virginem Mariam ab originali praeservare, in quantum filius. Probat: Nam omnis filius debet, et tenetur honorare matrem quantum potest, et decens est: sed Christus hoc potuit facere in quantum Deus, et in quantum quorundam potest, et decens est: per primam conclusionem; et hoc fuit decens, in quantum ipsa erat Mater Dei futura, ut patet per secundam conclusionem; et debet, et tenetur facere in quantum filius: ergo sequitur, quod ipsam ab originali praeservavit. Item: Christus hoc tenebatur facere, in quantum legislator, nam legislator prius debet facere quam docere, ut exemplo sui ceteri serrent leges ab eolatas: sed Christus legislator utriusque legis dedit praecipuum de veneratione parentum: ergo servavit illud, quia non renit legem solvere, sed adimplere, (Mat. 5); et ideo hanc legem de facto servavit, quia erat subditus illi, (Lucas 2). Item: Christus in omnibus coepit facere, et docere, ut patet (Act. 1); ergo inter cetera hoc praecipuum adimplere, praeservando Matrem suam ab omni peccato non solum actuali, sed etiam veniali, et originali. Rutilius episcopus Laurentanus super Magnificat lib. 1. cap. 23. inquit: Quod enim festum conceptionis Deiparae pie, ac sancte celebratur, ex illo Cantici versiculo confirmandum est, quod dicitur: Beatae me dicent omnes generationes (Luc. 4): Nec enim solum fuit beata in natiuitate, in actionibus, in vita, in morte, in assumptione, in resurrectione, sed etiam in ipsa conceptione, prout consensus fere universalis Ecclesiae, et summorum Pontificum, et multorum theologorum pia doct assertio. Thomas Bozius (de signis ecclesiae lib. 9. c. 8) ait: Conceptionis porro festum Scoti acutissimi theologi doctrina maxime confirmatum, Sixti IV legibus sanctum, et a cunctis catholicis in mores publicos esse receptum. Pelbartus in suo stellaris lib. 4. postquam variis mediis immaculatam Virginis conceptionem confirmaverat, ait: Pie sentire debemus de Virgine, quod sit immunis, quoniam scriptum est Ecclesiast. c. 3: Maledictio matris eradicat fundamentum. Maledictio Matrem Virginem, qui eam peccatricem temerarie adstruit, et haec maledictio eradicat fundamenta gratiae Dei. Cavendum est etiam, ne si non celebremus festum conceptionis Virginis, illam ultionem subeamus, quae scripta est Zach. ult.: Percutiet Dominus omnes gentes, quae non ascenderit ad celebrandam festivitatem tabernaculorum, quia tabernaculum Dei, in quo habitavit, est b. Virgo. Fridericus Nausa, quem percelebrem episcopum vocat Ca-

nisiis in Virginis illibatae conceptionis laudem haec scripsit: Sicut litum inter spinas, sic amica mea inter filias, idest, etsi ex lege naturae omnes filiae humanae spinosae, idest, in peccato conceptae sint, Maria tamen sanctissima Virgo per legem gratiae immaculata mansit, hanc secum aliquid inter spinas, quae, etsi sit quantumlibet horrida, asperae, rigidae, atque tumidae, crescit tamen subter ipsas sine macula litum ipsum speciosissimum, nihil sua virtutis amittens. Ioannes Viguerius Dominicanus (lib. Institut. c. 18. §. 6) ait: Virgo non habuit peccatum originale, hoc processerit ab Adam secundum rationem seminale. Amplus dicendum est, quod ipsa sola speciali privilegio praeservata fuit, et praevata, eo quod fuit praevata esse Mater, et domus Dei, et Suarez (3. p. q. 27. disp. 3. sect. 5), post multa alia sic ait: Prudentem, et quasi practicum rationem ita conficio: nam Ecclesia sua auctoritate nobis concedit facultatem, ita interpretandi Scripturas, ut Virginem sub peccato reipsa contracto non comprehendat: et non solum dat nobis licentiam bene, et digne sentiendi de puritate, et sanctitate Virginis, sed etiam nos invitit, et concessit indulgentis. Qui ergo potest recte ratione aliter de Virgine sentire? cum praeteritum recta ratio, et pietas postulet, ut quam possimus optimam existimationem de illa habeamus; et unusquisque ita esse debeat erga illam animatus, et affectus, ut, si in eius arbitrio, et potestate situm esset, hanc gratiam, et privilegium illi concedere non dubitaret? ergo saltem in iudicio ferendo, quod nobis concessum est, evidenti ratione convincimur, ut in illius faecorem inclinemur. Nec tamen in referendis verbis doctorum plus aequo immorari videat, solum nomina, et loca indicabo, ubi hanc sententiam acerrime defendunt. Honorius Augustodonsis vetus scriptor super caput 5. Cantiorum, Abulensis Parodoxo 1. (c. 21.) et Exodi 34. Driedo lib. de Dogmatibus c. 4. p. p. circa finem, Roffensis disput. 2. con. Luthero. Clislovens opusculo de puritate Virginis c. 5. et S. Lippomanus in catena super Genesim c. 15. circa principium, Pigiis contra Erasmus, Episcopus Catherinus Ord. Praedicatorum opusculo de conceptione, et super epistolam ad Romanos c. 5. Vega super Trid. lib. 2. cap. 6. Corduba lib. 1. Quaestionarii q. 44. Castro lib. 12. contra haereseos, verbo peccatum, haeresi 9. Suarez in 3. p. q. 27. Petrus de Aquila dictus Scotellus, Ocham, Rupertus, Holco, Ioannes de Basilea, Thomas de Argentina, Gerardus, Odo, Patriarcha Antiochenus, Illuminatus, Almayn, Tartaretus, Salmeron, Gabriel, et pece innumeri alii doctores Scotistae idem firmiter docent in 4. dist. 3. Ado perperles iurisprictos, quos refert, et sequitur Covarruv. in cap. Alna mater. p. 2. §. 9. et Navarrus praehd. 8. num. 9. et idem tenuisse antiquos Rabinos tradit Galatinus lib. 7. c. 3. et novissime cardinalis Toletus in cap. 3. Io-

## §. VII.

## EX IURE CANONICO, ET CIVILI

Iura etiam civilia, iurisconsultorumque oracula immaculatae Virginis conceptioni adstantulantur, et favent. Nam, ut habetur (in *l. in sacris* l. 3. C. de proximis sacrorum scripturum lib. 12. *Mater gaudet privilegio filii*, et ut habetur in *l. bene a Zenone*. C. de Quadri. Prae. *Augusta gaudet privilegio Principis*. Unde in *l. princeps ff. de legibus* habetur: *Imperator eadem privilegia tribuit Augustae, quae ipse habet*. Et Glossa ibi ait: *Habet eadem privilegia, quae fecus, ut sic ad vectigalia non teneatur*. Unde sicut imperator Christus non pendit, nec solvit vectigal peccati originalis, ita b. Virgo: licet diversimode id utriusque convenerit, Christo per naturam, et ex modo suae conceptionis; Virgini ex privilegio, et ex gratia; quomodo d. Hieron. (*serm. de Assumptione*) dixit: *In Maria totius gratiae, quae est in Christo, plenitudo venit, sed aliter: aliter quidem dixit, quia Christo ex debito, Virgini ex gratia; illi, ut capiti, Virgini, ut collo; illi, ut fonti, Virgini, ut aqueductui, id competeat*. Item (*l. 2. c. de crimine sacrilegii*) habetur: *Crimen sacrilegii committere eos, qui dubitant, an aptus sit ad dignitatem is, qui ab imperatore ad eam est electus: si autem Virgo Maria peccata fuisset infecta, non videretur idonea ad dignitatem Matris Dei: nam si commissae peccatum veniale, dedecet illam; unde Trident. Concil. (sess. 23) docuit, nunquam illud commissae, quanto magis incurrisse originale, quod gravius est, ut non semel diximus? Item quia, ut habetur *l. Sicut §. vehiculum, ff. commodati*, non potest eadem res in solidum simul a duobus dominis possideri: sed b. Virgo fuit in primo instanti sui esse possessa a Deo, iuxta illud (*Ecl. 24*): *Dominus possedit**

*me in initio viarum suarum; ergo non fuit possessa a daemone. Quod si haec nostra assertio dubia, et adhuc sub iudice est, cum neutram partem Ecclesia determinaverit, id etiam nobis prodest, ut in fa.orem Virginis sententiam feramus; ut enim dicitur *l. Quoties. dub. ff. de re iudicata*, cum de alicuius libertate dubitatur, semper in libertatis favorem sententia ferenda est: ergo cum dubitetur, an beata Virgo Maria libera, et immunis fuerit a peccato originali, sententia debet ferri in eius favorem, ut scilicet nunquam sub peccati, aut diaboli captivitate iacerit. Ambigua etiam interpretanda sunt in meliorem, et humaniorem partem, ut habetur *cap. Estote*, et ibi Gloss. *de verb. signif.* cui consonat illud, *quod, cum iura partium sint obscura, res potius est favendum, quam actori*, ut constat ex *l. Favorabiliores ff. de regul. iur.* Favet deinde, quod secundum leges, et iura, conditor legis non tenetur ad leges a se conditas, 25. quaest. 3. cap. *Ideo et ea confidimus*, et 15. quaest. 1. *Consideravi*. Unde et Aristoteles de regimine principum dicit, quod nullus princeps obligatur suis legibus, sed potest dispensare in illis, et aliquos excipere ab eis, ut docent Iustinianus C. de leg. 1. *Digna vox*, et Vulpianus ff. de legib. 1. *Princeps*: cur ergo dicimus, Deum, qui potuit, non dispensasse cum dilectissima Matre sua? Favet etiam Ius Canonicum: nam, ut constat ex *c. ubi periculum de electione* lib. 6. et *c. Quiescentium* 42. d. maioribus, damnis, et periculis cautius, et citius obviandum, et providendum est: sed Deus providit, ne beatae Virginis corpus in putredinem veniret, quod minus malum est: ergo etiam providit, ne anima eius peccati originalis detestabiliorem putredinem incurreret; id enim non solum ad tantae Matris, sed ad ipsius Filii honorem spectabat, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

BULLA DOGMATICAE DEFINITIONIS DE PRAESERVATIONE DEIP. VIRG. MARIAE  
AB ORIGINALI CULPA IN PRIMO SUAE CONCEPTIONIS INSTANTI

## PRIS PP. IX.

Ineffabilis Deus, cuius viae misericordia et veritas, cuius voluntas omnipotentia, et cuius sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter, cum ab omni aeternitate praeviderit luctuosissimam totius humani generis ruinam ex Adami transgressione derivandam, atque in mysterio a saeculis abscondito primum suae bonitatis opus decreverit per Verbi incarnationem sacramento occultiter complere, ut contra misericors suum propositum homo diabolicae iniquitatis versutia actus in culpam non periret, et quod in primo Adamo casurum erat, in secundo feliciter erigeretur, ab initio et ante saecula Unigenito Filio suo Matrem, ex qua caro factus in beata temporum plenitudine nasceretur, elegit atque ordinavit, tantoque prae creaturis universis est prosequutus amore, ut in illa sua sibi propensissima voluntate complacerit. Quapropter illam longe ante omnes angelicos spiritus, inclosos sanctos coelestium omnium charismatum copia de thesauro divinitatis deprompta illa mirifice cumulavit, ut Ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta eam innocentiae et sanctitatis plenitudinem praeserferret, qua maior sub Deo nullatenus intelligitur, et quam praeter Deum nemo assequi cogitando potest. Et quidem decebat omnino, ut perfectissimae sanctitatis splendoribus semper ornata fulgeret, ac vel ab ipsa originali culpa labe plane immunis amplissimum de antiquo serpente triumphum referret tam venerabilis Mater, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequali sibi genitum tamquam seipsum diligit, ita dare disposuit, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris, et Virginis Filius, et quam ipse Filius substantialiter facere sibi Matrem elegit, et de qua Spiritus sanctus voluit, et operatus est, ut conciperetur, et nasceretur ille, de quo ipse procedit.

Quam originalem augustae Virginis innocentiam cum admirabili eiusdem sanctitate, praecelsaque Dei Matris dignitate omnino cohaerentem catholica Ecclesia, quae a sancto semper edocta Spiritu columna est ac firmamentum veritatis, tamquam doctrinam possidens divinitus acceptam, et coelestis revelationis deposito comprehensam multiplici continenter ratione, splendidisque factis magis in dies explicare, proponere, ac fovere nunquam destitit. Hanc enim doctrinam ab antiquissimis temporibus vigentem, ac fideliu animis penitus insitam, et sacrorum Antistitum curis studisque per catholicum orbem mirifice propagatam ipsa Ecclesia luculentissime significavit, cum eiusdem Virginis conceptionem publico fidelium cultui ac venerationi proponere non dubitavit. Quo illustri quidem facto ipsius Virginis conceptione CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. I.

nam veluti singularem, miram, et a reliquorum hominum primordiis longissime secretam, et omnino sanctam colendam exhibuit, cum Ecclesia nonnisi de sanctis dies festos concelebraret. Atque idcirco vel ipsissima verba, quibus divinae Scripturae de increata Sapientia loquantur, eiusque sempiternas origines repraesentant, consuevit cum in ecclesiasticis officiis, tum in sacrosancta liturgia adhibere, et ad illius Virginis primordia transferre, quae uno eodemque decreto cum divinae Sapientiae incarnatione fuerant praestituta.

Quamvis autem haec omnia penes fideles ubique prope recepta ostendant, quo studio eiusmodi de immaculata Virginis conceptione doctrinam ipsa quoque romana ecclesia omnium ecclesiarum mater et magistra fuerit prosequuta, tamen illustrata huius ecclesiae facta digna plane sunt, quae nominatim recensentur, cum tanta sit eiusdem ecclesiae dignitas, atque auctoritas, quanta illi omnino debetur, quae est catholicae veritatis et unitatis centrum, in qua solus inviolabiliter fuit custodia religio, et ex qua traducem fidei reliquae omnes ecclesiae mutantur oportet. Itaque eadem romana ecclesia nihil potius habuit, quam eloquentissimis quibusque modis immaculatam Virginis conceptionem, eiusque cultum et doctrinam asserere, tueri, promovere et vindicare. Quod appetissime planissimeque testantur et declarant tot insignia saepe acta romanorum Pontificum decessorum nostrorum, quibus in persona Apostolorum principis ab ipso Christo Domino divinitus fuit commissa suprema cura atque potestas pascendi agnos et oves, confirmandi fratres, et universam regendi et gubernandi Ecclesiam.

Enimvero praedecessores nostri vehementer gloriantur sunt apostolica sua auctoritate festam conceptionis in romana ecclesia instituisse, ac proprio officio, propriaque missa, quibus praerogativa immunitatis ab haereditaria labe manifestissime asserbatur, augere, honestare, et cultum iam institutum omni ope promovere, amplificare sive erogatis indulgentiis, sive facultate tributa civitatibus, provinciis, regnisque, ut Deiparae sub titulo immaculatae conceptionis patronam sibi deligerent, sive comprobatis sodalitatibus, congregationibus, religiosisque familiis ad immaculatae conceptionis honorem institutis, sive laudibus eorum pietati delatis qui monasteria, xenodochia, altaria, templa sub immaculati conceptus titulo exererint, aut sacramenti religionem interposita, immaculatam Deiparae conceptionem strenue propagare sponderint. Insuper summoepore laetati sunt decernere conceptionis festum ab omni Ecclesia esse habendum eodem censu ac numero, quo festum natalitatis, idemque conceptionis festum cum octava ab universa Ecclesia celebrandum, et ab omnibus inter ea, quae praecipue sunt,

sancte colendum, ac pontificiam cappellam in patriarchali nostra Liberiensis basilica die Virginis conceptionis sacro quotannis esse peragendam. Atque exoptantes in fidelium animis quotidie magis fovere hanc de immaculata Deiparae conceptione doctrinam, eorumque pietatem excitare ad ipsam Virginem sine labe originali conceptam colendam, et venerandam, gavisissimi sunt quam libentissime facultatem tribuere, ut in Lauretaniis litanis, et in ipsa missae praefatione immaculatus eiusdem Virginis proclamaretur conceptus, atque adeo lex credendi ipsa supplicandi lege statueretur. Nos porro tantorum praedecessorum vestigiis inhaerentes, non solum quae ab ipsis pietissimae sapientissimae fuerant constituta probavimus, et recepimus, verum etiam memores institutionis Sixti IV, proprium de immaculata conceptione officium auctoritate nostra munivimus, illiusque usum universae Ecclesiae laetissimo prorsus animo concessimus.

Quoniam vero quae ad cultum pertinent, infimo plane vinculo cum eiusdem obiecto conserata sunt, neque rata et fixa manere possunt, si illud anceps sit, et in ambiguo versetur, idcirco decessores nostri romani Pontifices omni cura conceptionis cultum amplificantes, illius etiam obiectum ac doctrinam declarare, et inculcare impensissime studuerunt. Etiam clare aperteque docere, festum agi de Virginis conceptione, atque uti falsam, et ab Ecclesiae mente alienissimam proscriperunt illorum opinionem, qui non conceptionem ipsam, sed sanctificationem ab Ecclesia coli arbitrantur, et affirmant. Neque mitius cum his agendum esse existarunt, qui ad labefactandam de immaculata Virginis conceptione doctrinam, excoGITAT inier primum atque alterum conceptionis instans et momentum discrimine, assererant, celebrari quidem conceptionem, sed non pro primo instanti atque momento. Ipsi namque praedecessores nostri suarum partium esse duxerunt, et conceptionem pro primo instanti tanquam verum cultus obiectum omni studio tueri ac propugnare. Hinc decretoria plane verba, quibus Alexander VII decessor noster sinceram Ecclesiae mentem declaravit inquit: « Sane vetus est christifidelium erga eius beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas sententium, et eius animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus, fuisse speciali Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Iesu Christi eius Filii humani generis Redemptoris, a macula peccati originali praeservatam immunitatem, atque in hoc sensu eius conceptionis festivitatem solenni ritu colentium, et celebrantium (1). »

Atque illud in primis solemne quoque fuit isdem decessoribus nostris doctrinam de immaculata Dei Matris conceptione sartam tectamque omni cura, studio et contentione tueri. Etiam non solum nullatenus passi sunt, ipsam doctrinam quovis modo a quopiam notari, atque traduci, verum etiam longe ulterius pro-

gressi, perspicuis declarationibus, iteratisque vicibus edixerunt, doctrinam, qua immaculatae Virginis conceptionem profiteremur, esse, sive merito haberi cum ecclesiastico cultu plane consonam, eamque veterem, ac prope universalem, et eiusmodi, quam romana ecclesia sibi fovendam, tuendamque susceperat, atque omnino dignam, quae in sacra ipsa liturgia, solemnisque precibus usurparetur. Neque his contenti, ut ipsa de immaculatae Virginis conceptu doctrina in violata persisteret, opinionem huic doctrinae adversam sive publice, sive privatim defendi posse severissime prohibuere, eamque multiplici veluti vulnere confectam esse voluerunt. Quibus repelitis luculentissimisque declarationibus, ne inanes viderentur, adiecerunt sanctionem: quae omnia laudatos praedecessores Alexander VII his verbis est complexus.

« Nos considerantes, quod sancta romana ecclesia de intermatrae semper Virginis Mariae conceptione festum sollemniter celebrat, et speciale ac proprium super hoc officium olim ordinavit iuxta piam, devotam, et laudabilem institutionem, quae a Sixto IV praedecessore nostro tunc emanavit; volentesque laudabili huic pietati et devotioni, et festo, ac cultui secundum illam exhibito, in ecclesia romana post ipsius cultus institutionem nunquam immutato, romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum exemplo, favere, nec non tueri pietatem, et devotionem hanc colendi, et celebrandi beatissimam Virginem, praeveniens te scilicet Spiritus sancti gratia, a peccato originali praeservatam, cupientesque in Christi grege unitatem spiritus in vinculo pacis, et sedatis offensionibus, et iurgis, amotisque scandalis conservare: ad praefactorum Episcoporum cum ecclesiarum sanarum capitulis, ac Philippo regis, eiusque regnum oblatum nobis instantiam, ac preces; constitutiones, et decreta, a romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, et praecipue a Sixto IV, Paulo V, et Gregorio XV edita in favorem sententiae asserentis, animam beatae Mariae Virginis in sui creatione, et in corpus infusione ne Spiritus sancti gratia donatam, et a peccato originali praeservatam fuisse; nec non et in favorem festi, et cultus conceptionis eiusdem Virginis Deiparae, secundum piam istam sententiam, ut praefertur, exhibiti, innovamus, et sub censuris, et poenis in eisdem constitutionibus contentis, observari mandamus.

« Et insuper omnes et singulos, qui praefatas constitutiones, seu decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictae sententiae, et festo, seu cultui secundum illam exhibito, frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directe, vel indirecte, aut quovis praetextu, etiam definibilitatis eius examinandas, sive Sacram Scripturam, aut sanctos patres, sive doctores glossandi vel interpretandi, denique alio quovis praetextu sui occasione, scripto seu voce loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quidquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea asserendo, et insoluta relinquendo, aut alio quovis inexcog-

« tabili modo disserendo ausi fuerint; praeter poenas et censuras in constitutionibus Sixti IV contentas, quibus illos subiacere volumus, et per praesentes subiticimus, etiam concionandi, publice legendi, seu docendi, et interpretandi facultate, ac voce activa, et passiva in quibuscunque electionibus, eo ipso absque alia declaratione poenis esse volumus; nec non ad concionandum, publice legendum, docendum, et interpretandum perpetuae inhabilitatis poenas ipso facto incurrere absque alia declaratione; a quibus poenis non nisi a nobis ipsis, vel a successoribus nostris romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint; nec non eosdem aliis poenis, nostro et eorumdem romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio intelligendis, patenter subiacere volumus, prout subiticimus per praesentes, innovantes Pauli V, et Gregorii XV superius memoratas constitutiones sive decreta.

« Ac libros, in quibus praefata sententia, festum, seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, et disputationes contra eadem continentur; post Pauli V supra laudatum decretum edita, aut in posterum quomodolibet edenda, prohibebimus sub poenis et censuris in indice librorum prohibitorum contentis, et ipso facto absque alia declaratione pro expresse prohibitis haberi volumus et mandamus. »

Omnes autem norant quanto studio haec de immaculata Deiparae Virginis conceptione doctrina a spectatissimis religiosiis familiis, et celeberrimis theologicis academicis, ac praestantissimis reverendissimis doctoribus fuerit tradita, assera ea propropugnata. Omnes pariter norunt quantopere solliciti fuerint sacrorum antistes vel in ipsis ecclesiasticis conciliis palam publiceque profiteri, sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam ob praevisionem Christi Domini Redemptoris merita nunquam originali subiacuisse peccato, sed praeservatam omnino fuisse ab originis labe, et idcirco sublimiori modo redemptam. Quibus illud profecto gravissimum, et omnino maximum accedit, ipsam quoque Tridentinum synodum, cum dogmaticum de peccato originali ederet decretum, quo iuxta sacrarum Scripturarum, sanctorumque patrum, ac probatissimorum conciliorum testimonia statuit, ac definitivum omnes homines nasci originali culpa infectos, tamen sollemniter declarasse, non esse suae intentionis in decreto ipso, tantaque definitionis amplitudine comprehendere beatam, et immaculatam Virginem Dei Genitricem Mariam. Haec enim declaratione Tridentini patres ipsam beatissimam Virginem ab originali labe solutam pro rerum temporumque adiunctis satis inveniunt, atque adeo perspicue significarunt, nihil ex divinis literis, nihil ex traditione, patrumque auctoritate rite afferri posse, quod tantae Virginis praerogativae quovis modo refragetur.

Et re quidem vera hanc de immaculata beatissimae Virginis conceptione doctrinam quotidie magis gravissimo Ecclesiae sensu, magiste-

rio studio, scientia, ac sapientia tam splendide explicatam, declaratam, confirmatam, et apud omnes catholici orbis populos, ac nationes mirandum in modum propagatam, in ipsa Ecclesia semper existisse, veluti a maioribus acceptam, ac revelatae doctrinae characterem insignitam, illustrata venerandae antiquitatis ecclesiae orientalis et occidentalis monumenta validissime testantur. Christi enim Ecclesia sedula depositorum apud se dogmatum custos, et vindex, nihil in his unquam permulit, nihil minuit, nihil addit, sed omni industria velera fideliter sapienterque tractando, si qua antiquitatis informata sunt, et patrum labe sevit, ita limare, et expolire studet, ut prisca illa coelestis doctrinae dogmata accipiant evidentiam, lucem, distinctionem, sed retineant plenitudinem, integritatem, proprietatem, ac in suo tantum genere crescant, in eodem sollicito dogmate, eodem sensu, eademque sententia.

Equidem patres, Ecclesiaeque scriptores coelestibus edocti eloquiis nihil antiquius habere, quam in libris ad explicandas Scripturas, vindicanda dogmata, erudiendosque fideles educandos, summam Virginis sanctitatem, dignitatem, atque ab omni peccati labe integritatem, eiusque praeclearam de foetissimo humano generis hoste victoriam multis mirisque modis certatim praedicare atque efferre. Quapropter enarrantes verba, quibus Deus praeparata renovandas mortalibus suae pietatis remedia inter ipsa mundi primordia praenuntiavit, et deceptoris serpentis relictum audaciam, et nostris generis spem mirifice crexit, inquit: « *Inimicitias ponam inter te et mulierem, semen tuum et semen illius* » docere, divino hoc oraculo clare aperteque praemonstratum fuisse misericordem humani generis Redemptorem, scilicet Unigenitum Dei Filium Christum Iesum, ac designatam beatissimam eius matrem Virginem Mariam, ac simul ipsissimam utriusque contra diabolum inimicitias insuper expressas. Quocirca sicut Christus Dei, hominumque mediator, humana assumpta natura, delectus quod adversus nos erat chirographum decreti, illud cruci triumphator affixit, sic sanctissima Virgo acerrimo, et indissolubili vinculo cum eo coniuncta, una cum illo, et per illum sempternus contra venenosum serpentem inimicitias exereans, ac in ipso plenissime triumphans, illius caput immaculato pede contrivit.

Hunc eximium, singularemque Virginis triumphum, excellentissimamque innocentiam, puritatem, sanctitatem, easque ab omni peccati labe integritatem, atque ineffabilem coelestium omnium gratiarum, virtutum, ac privilegiorum copiam, et magnitudinem iidem patres viderunt tum in arca illa Noe, quae divinitus constituta, a communi totius mundi naufragio plane et incolumis evasi; tum in scala illa, quam de terra ad coelum usque peringere vidit Iacob, cuius gradibus angeli Dei ascendebant, et descendebant, cuiusque vertici ipse innitebatur Dominus; tum in rubo illo, quem in loco sancto Moyses undique ardere, ac inter crepitantes ignis flammis non iam comburi, aut iacturam vel minimam pati, sed pulchre virescere ac florescere conspexit; tum in illa inexplugn-

(1) Alexander VII. Const. *Sollicitudo omnium Ecclesiarum* VIII Decembris 1661.

billi turri a facie inimici, ex qua mille clypei pendent, omnisque armatura fortius; tum in hortu illo concluso, qui nescit violari, neque corrumpi ullis insidiarum fraudibus; tum in corsua illa Dei civitate, cuius fundamenta in montibus sanctis; tum in augustissimo illo Dei templo, quod divinis refulgens splendoribus, plenum est gloria Domini; tum in aliis eiusdem generis omnino plurimis, quibus excelsam Deiparae dignitatem, eiusque illibatam innocentiam, et nulli unquam naevo obnoxiam sanctitatem insigniter praeannuntiam fuisse patres tradiderunt.

Ad hanc eandem divinarum munerationem veluti summam, originalemque Virginis, de qua natus est Iesus, integritatem describendam, idem prophetarum adhibentes eloquia, non aliter ipsam augustam Virginem concelebrarunt, ac uti columbam mundam, et sanctam Ierusalem, et excelsam Dei thronum, et arcem sanctificationis, et domum, quam sibi aeterna edificavit Sapientia, et regnam illam, quae delectis affluens, et innoxia super dilectum suum, ex ore Altissimi proditit omnino perfecta, speciosa ac penitus chara Deo, et nullo nunquam laevis naevo maculata. Cum vero ipsi patres, Ecclesiaeque scriptores animo menteque reputarent, beatissimam Virginem ab angelo Gabriele sublimissimam Dei Matris dignitatem ei nuntiantem, ipsius Dei nomine et iussu gratia plenam fuisse nuncupatam, docuerunt, hac singulari solemnique salutatione nunquam alias audita ostendi, Deiparam fuisse omnium divinarum gratiarum sedem, omnibusque divini Spiritus charismatibus exornatam; immo eorumdem charismatum infinitum prope thesaurum, abyssumque inexhaustam, adeo ut nunquam maledictio obnoxia, et una cum Filio perpetuae benedictionis particeps, ab Elisabeth divino acta Spiritu audire meruerit: *Benedicta Tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.*

Hinc non luculenta minus, quam concors eorumdem sententia, gloriosissimam Virginem, cui fecit magna, qui potens est, ea coelestium omnium donorum vi, ea gratiae plenitudine, eaque innocentia emicuisse, quae veluti ineffabile Dei miraculum, immo omnium miraculorum apex, ac digna Dei mater existerit, et ad Deum ipsum pro ratione creatae naturae, quae proximae accedens omnibus, quae humanis, quae angelicis praeconis celsior evaserit. Atque idcirco ad originalem Dei Genitricis innocentiam, iustitiamque vindicandam, non Eam modo cum Heva adhuc virgine, adhuc innocente, adhuc incorrupta, et nondum mortiferis fraudulentissimi serpentis insidiis decepta sapissime contulerunt, verum etiam mira quadam verborum, sententiarumque varietate praetulerunt. Heva enim serpentis misere obsequuta, et ab originali excedit innocentia, et illius mancipium evasit; sed beatissima Virgo originale donum ingitens, quin serpentis aures nunquam praebuerit, illius vim pestilentiemque virtute divinitus accepta funditus labefactavit.

Quapropter nunquam cessarunt Deiparam appellare vel liliam inter spinas, vel terram omnino intactam, virginem, illibatam, immaculatam, semper benedictam, et ab omni peccati

contagione liberam, ex qua novus formatus est Adam, vel irreprehensibilem, lucidissimum, amoenissimumque innocentiae, immortalitatis, ac deliciarum paradisi ad Deo ipso constium, et ab omnibus venenosi serpentis insidiis defensus; vel lignum immarcescibile, quod peccati vermis nunquam corruerit; vel fontem semper illumem, et Spiritus sancti virtute signatum; vel divinisimum templum, vel immortalitatis thesaurum, vel unam et solam non mortis sed vitae filiam, non irae sed gratiae germen, quod semper virens, ex corrupta, infectaque radice singulari Dei providentia praeter stas communesque leges effluerit. Sed quasi haec, licet splendidissima, satis non forent, propriis definitisque sententiis edixerunt, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habendam esse quaestionem de sancta Virgine Maria, cui plus gratiae collatum fuit ad vincendum omni ex parte peccatum; tum profusi sunt, gloriosissimam Virginem fuisse parentum reparatricem, posterorum vivificatricem, a saeculo electam, ab Altissimo sibi praeparatam, a Deo, quando ad serpente[m] ait, *inimiculus ponam inter te et mulierem*, praedictam; quae procul dubio venenatum eiusdem serpentis caput contrivit; ac propterea affirmarunt, eandem beatissimam Virginem fuisse pro gratiam ab omni peccati labe integram, ac liberam ab omni contagione et corporis, et animae, et intellectus, ac semper cum Deo conversatam, et sempiterno foedere cum Illo coniunctam, nunquam fuisse in tenebris, sed semper in luce, et idcirco idoneum plane existisse Christo habitaculum, non pro habitu corporis, sed pro gratia originali.

Acedunt nobilissimam effata, quibus de Virginis conceptione loquentes testati sunt, naturam gratiae cessisse, ac stesise tremulam pergere non sustinentem; nam futurum erat, ut Dei Genitrix Virgo non antea ex Anna conciperetur, quam gratia fructum ederet: concipi siquidem primogenitam oportebat, ex qua concipiendus esset omnis creaturae primogenitus. Testati sunt carnem Virginis ex Adam sumplam maculas Adae non admisisse, ac propterea beatissimam Virginem tabernaculum esse ab ipso Deo creatum, Spiritu sancto formatum, et purpureae revera operae, quod novus ille Beseleel auro intextum variumque effinxit, eandemque esse meritoque celebrari, utillam, quae proprium Dei opus primum existerit, igitis maligni felis latuere, et pulchra natura, ac labis prorsus omnis nescia, tamquam aurora undequaque rutilans in mundum proditit in sua conceptione immaculata. Non enim decebat, ut illud vas electionis communibus laeseretur iniuriis, quotiam plurimum a ceteris differens, natura communicavit, non culpa: immo prorsus decebat, ut sicut Unigenitus in coelis Patrem habuit, quem seraphim ter sanctum extollunt, ita Matrem haberet in terris, quae nitore sanctitatis nunquam careret. Atque haec quidem doctrina adeo maiorum mentes, animosque occupavit, ut singularis et omnino miris penes illos invaluerit loquendi usus, quo Deiparam sapissime compellarunt immaculatam, innocentem et innocentissimam,

illibatam et undequaque illibatam, sanctam et ab omni peccati sorde alienissimam, totam puram, totam interemerat, ac ipsam prope puritatis et innocentiae formam, pulchritudine pulchriorem, venustate venustior, sanctiore sanctitate, solamque sanctam, purissimamque animam et corpore, quae supergressa est omnem integritatem et virginitatem, ac sola tota facta domicilium universarum gratiarum sanctissimi Spiritus, et quae, solo Deo excepto, extitit cunctis superior, et ipsis Cherubim et Seraphim, et omni exercitu angelorum *natura pulchrior, formosior, et sanctior*, cui praedicandae coelestes et terrena lingua minime sufficient. Quem usum ad sanctissimae quoque liturgiae monumenta atque ecclesiastica officia, sua veluti sponte fuisse traductum, et in illis passim recurrere, ampliterque dominari nemo ignorat, cum in illis Deipara invocatur et praedicatur veluti una incorrupta pulchritudinis columba, veluti rosa semper virens, et undequaque purissima, et semper immaculata, semperque beata, ac celebratur uti innocentia, quae nunquam fuit laesa, et altera Eva, quae Emmanuelem peperit.

Nil igitur mirum si de immaculata Deiparae Virginis conceptione doctrinam iudicio Patrum divinis literis consignatam, et signatam, tot gravissimis eorumdem testimoniis traditam, tot illustribus venerandae antiquitatis monumentis expressam et celebratam, ac maximo gravissimisque Ecclesiae iudicio propositam et confirmatam, tanta pietate, religione et amore ipsius Ecclesiae pastores, populi que fideles quotidie magis profiteri sint gloriosi, ut nihil isdem dulcius, nihil charius, quam ferventissimo affectu Deiparam Virginem absque labe originali conceptam ubique colere, venerari, invocare et praedicare. Quomobrem ab antiquis temporibus sacrorum antistes, ecclesiastici viri, regulares ordines, ac vel ipsi imperatores et reges ab hac Apostolica sede enixe efflagitarunt, ut immaculata sanctissimae Dei Genitricis conceptio veluti catholicae fidei dogma definiretur. Quae postulationes haec nostra quoque aetate iteratae fuerunt, ac potissimum felice recordationis Gregorio XVI praedecessori nostro, ac Nobis ipsis oblatas sunt tum ab episcopis, tum a clero saeculari, tum a religiosis familiis, ac summis principibus et fidelibus populis.

Nos itaque singulari animi nostri gaudio haec omnia probe noscentes, ac serio considerantes, vix dum, licet immeriti, aeterno divinae providentiae consilio ad hanc sublimem Petri cathedram evecti, totius Ecclesiae gubernacula traclanda suscepimus, nihil certe antiquus habuimus, quam pro summa nostra vel a teneris annis erga sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam veneratione, pietate et affectu ea omnia peragere, quae adhuc in Ecclesiae votis esse poterant, ut beatissimae Virginis honor augetur, eiusque praerogativae uberiori luce niterent. Omnem autem maturitatem adhibere volentes, constituimus peculiarem VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium religione, consilio, ac divinarum rerum scientia illustrium congregationem, et viros ex clero tum saeculari,

tum regulari, theologicis disciplinis apprime excultos selegimus, ut ea omnia, quae immaculatam Virginis conceptionem respiciunt, accuratissime perpendere, propriamque sententiam ad nos deferrent. Quamvis autem nobis ex receptis postulationibus de definienda tandem aliquando immaculata Virginis conceptione perspectus esset plurimorum sacrorum antistitum sensus, tamen encyclicas literas die 2 februarii anno 1849 Caietiae datas ad omnes venerabiles fratres totius catholici orbis sacrorum antistes misimus, ut, adhibitis ad Deum precibus, Nobis scripto etiam significant, quae esset suorum fidelium erga immaculatam Deiparae conceptionem pietas, ac devotio, et quid ipsi praesertim antistes de hac ipsa definitione forent sentientes, quidve exoptarent, ut, quo fieri sollemniter posset, supremum nostrum iudicium proferremus.

Non medicum certe solatio affecti fuimus ubi eorumdem venerabilium fratrum ad nos rescripta venerunt: nam iidem incredibili quadam incunctate, laetitia ac studio nobis rescribentes, non solum singularem suam, et proprii cuiusque cleri, populique fidelis erga immaculatam beatissimae Virginis conceptum pietatem, mentemque denuo confirmarunt, verum etiam communi veluti voto a nobis expressarunt, ut immaculata ipsius Virginis conceptio supremo nostro iudicio et auctoritate definiiretur. Nec minori certe interim gaudio perfunsi sumus, cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinales commemoratae peculiaris congregationis, et praedicti theologi consultores a nobis electi pari alacritate et studio, post examen diligentem adhibuit, hanc de immaculata Deiparae conceptione definitionem a nobis efflagitarent.

Post haec illustribus praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, ac rite recteque procedere oplantes, indiximus et habuimus consistorium, in quo venerabiles fratres nostros sanctae romanae ecclesiae Cardinales alloqui sumus, eosque summa animi nostri consolatione audivimus a nobis exposcere, ut dogmaticam de immaculata Deiparae Virginis conceptione definitionem emittere vellemus.

Itaque plurimum in Domino confisi advenisse temporum opportunitatem pro immaculatae sanctissimae Dei Genitricis Mariae conceptione definienda, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpetuus Ecclesiae sensus, singularis catholicorum antistitum, ac fideium conspiratio, et insignia praedecessorum nostrorum acta, et constitutiones mirifice illustrant atque declarant; rebus omnibus diligentissime perpensis, et assiduis, fervidisque ad Deum precibus effusis, minime cunctandum nobis esse constitimus supremo nostro iudicio immaculatam ipsius Virginis conceptionem sancire, definire, atque ita plenissimis catholici orbis desideris, nostraeque in ipsam sanctissimam Virginem pietati satisfacere, ac simul in ipsa Unigenitum Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum magis atque magis honorificare, cum in Filium redundet quidquid honoris et laudis in Matrem impenditur.

Quare postquam nunquam intermissimus in humilitate et icinno privatas nostras et pu-

blicas Ecclesiae preces Deo Patri per Filium eius offerre, ut per Spiritus sancti virtutem mentem nostram dirigere, et confirmare dignaretur, implorato universae coelestis curiae praesidio, et advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, et eoque sic aspirante, ad honorem Sanctae, et individuae Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparae, ad exaltationem fidei catholicae, et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac nostra, declaramus, pronunciamus et definimus, doctrinam, quae tenet, beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Iesu salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae lae praeservatam immunitem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. Quapropter si quis, secus ac a nobis definitum est, quod Deus avertat, praesumpserint corde sentire, si noverint, ac porro sciant, se proprio iudicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiae defecisse, ac praeterea facto ipso suo semel poenis a iure statutis subiacere, si quod corde sentiunt, verbo aut scripto, vel alio quovis externo modo significare ausi fuerint.

Repletum quidem est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione, atque humillimas maximasque Christo Iesu Domino nostro agimus et semper agemus gratias, quod singulari suo beneficio nobis licet immerentibus concesserit, hunc honorem atque hanc gloriam et laudem sanctissimae suae Matri offerre et decernere. Certissima vero spe et omni prorsus fiducia nitimur fore, ut ipsa beatissima Virgo, quae tota pulchra et immaculata venenosum crudelissimi serpentis caput contrivit, et salutem attulit mundo, quaeque prophetarum, apostolorumque praeconium, et honor martyrum, omniumque sanctorum laetitia et corona, quaeque tutissimum sanctorum periclitantium peragium et fidissima auxiliatrix, ac totius terrarum orbis potentissima apud unigenitum Filium suum mediatix, et conciliatrix, ac praecelerrimum Ecclesiae sanctae decus et ornamentum, firmissimumque praesidium, cunctas semper interemit haereseos, et fideles populos, gentesque a maximis omnis generis calamitatibus eripuit, ac nos ipsos a tot ingruentibus periculis liberavit, veli validissimo suo patrocinio efficere, ut sancta Mater catholica Ecclesia, cunctis a-

motis difficultatibus, cunctisque profligatis erroribus, ubicumque locorum quotidie magis vigeat, floreat, ac regnet a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, omnique pace, tranquillitate, ac libertate frustratur, ut rei veniam, aegri medelam, pusilli corde robur, afflicti consolationem, periclitantes adiutorium obtineant, et omnes errantes, discussa mentis caligine, ad veritatis ac iustitiae semitam redeant, ac fiat unum ovile, et unus pastor.

Audiant haec nostra verba omnes nobis charissimi catholicae Ecclesiae filii, et ardentiori usque pietatis, religionis, et amoris studio pergant colere, invocare, exorare beatissimam Dei Genitricem Virginem Mariam sine labe originali conceptam, atque ad hanc dulcissimam misericordiae et gratiae Matrem in omnibus periculis, angustiis, necessitatibus, rebusque dubiis ac trepidis cum omni fiducia confugiant. Nihil enim timendum, nihilque desperandum Ipsa duce, Ipsa auspice, Ipsa propitia, Ipsa protegente, quae maternum sane in nos gerens animum, nostraeque salutis negotia tractans de universo humano genere est sollicita, et coeli terraeque Regina a Domino constituta, ac super omnes angelorum choros sanctorumque ordines exallata, adstans a dextris unigeniti Filii sui Domini nostri Iesu Christi, maternis suis precibus validissime impetrat, et quod quaerit invenit, ac frustrari non potest.

Denique ut ad universalis Ecclesiae notitiam haec nostra de immaculata conceptione beatissimae Virginis Mariae definitio deducatur, has apostolicas nostras litteras, ad perpetuam rei memoriam extare volumus; mandantes ut harum transumptis, seu exemplis editis impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ab omnibus adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc nostrae declarationis, et pronuntiationis, ac definitionis infringere, vel ei ausu temerario adversari et contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto, VI Idus decembris pontificatus nostri anno nono.

Pius PP. IX.

## DE SACRIS ARCANIS

FELICISSIMI ORTUS

# BEATAE VIRGINIS MARIAE

## LIBER SECUNDUS

### HOMILIA PRIMA

*Beatissima Virgo non solum maiorum suorum gentilitiae nobilitatis, sed et virtutum illorum universalis (ut aiunt) haeres nata ostenditur; et ad mores nobilium componendus pulchra de nobilitate traduntur, et in illa abutentes invenitur.*

Unanimis est sanctorum Patrum sententia in Commentario c. 1. super Maltheum, descripta generatione Ioseph, descriptam fuisse genealogiam Mariae, cum nullus posset ducere uxorem, nisi ex sua tribu, familia, et cognatione, iuxta illud Numerorum ultimo: *Omnes viri ducent uxores de tribu et cognatione sua, et cunctas foeminae de eadem tribu maritos accipiant*: quam legem intelligendam esse de foeminis succedentibus in haereditate paterna, perdocte adnotavit Burgensis: nam David duxit Michol ex tribu Beniamin; et ut legitur in libro Iudicum 21: *Decem tribus iuraverunt, se non daturas filias suas in uxores viris ex tribu Beniamin*: quod non obscurum argumentum est, id fieri solum fuisse. Unde, ubi nos legitimus in praecitato loco, *Cunctas foeminae*, in hebraeo est: *Omnia filia haereditatem haereditans*, quam lectionem sequuti sunt LXX. interpretes, et paraphrastes Chaldaeus. Quare, cum b. Virgo fuerit unica haeres parentum suorum, ut docent d. Damascenus (4. *ide* c. 15), et Epiphanius (*haeres*. 79), dum aiunt, parentes eius ob nimiam eorum sterilitatem solum Virginem, quam precibus a Deo obtinuerunt, genuisse; consequens est, virum accepisse eiusdem tribus, eiusdem familiae, et cognationis. Hoc catholico fundamento praeciato, haud difficile erit comprobare Mariani generis splendorem, omnem cuiuscumque prosapiae nobilitatem longo intervallo superare; quod, ut altius repetamus, explicemus, si placet, verba illa Iobi (c. 21): *Habet argentum venarum suarum principia, et au-*

*ro locus est, in quo conflatur*. Argenti nomine b. Virginem intelligo: nam sicut post aurum cunctis metallis argentum creatur, ita post Christum b. Virgo omnibus praestatur pretiorum, atque excellentior est: de hoc argento apte intelligi possunt verba Davidis (*Psal.* 11): *Argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum*; argentum, inquam, igne examinatum, quia igne tribulationis in passione, et morte Filii, patientia Virginis satis explorata fuit: non est inventa minus habens, et subdit, *probatum terrae*, vel, ut Hieronymus legit, *separatum a terra*, quia ab ortu suo, immo et a conceptu sancta fuit: sanctum enim idem est, quod sine terra, aut mudum ab omni sorde, ut explicat d. Thomas (2. 2. q. 81. art. 8): ac tandem addit, *purgatum septuplum*, ut nobis innolescat, septiformi Spiritus sancti gratia cumulatam ex utero matris protulisse. De hoc igitur purissimo argento Mariae ait Iob (c. 28): *Habet argentum venarum suarum principia*: habuit enim Deipara Maria altissima principia, ac ditissimas venas nativitate suae, seriem videlicet Patriarcharum, regum ac principum. Unde d. Bernardus (*de verb. Apo. cap. 12*) ait: *In generatione Mariae plane resplendet, quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahamae, quod generosa ex stirpe David*; idque valde decebat b. Virginem, quia futura erant locus, in quo virtute ex alto conflari, et efformari debebat pretiosissimum aurum corporis Christi. Verum oportet has venas, per quas in Virginem summa omnium nobilitas defluxit, diligenter, et accurate effodire: unde, ut eas aperiamus, quamvis apud famosissimas omnium nationes, et gentes, scilicet hebraeam, graecam, et latinam varia symbola usurpata fuerint ad significandam generis nobilitatem, praecipue tamen sub lucis metaphora illam describere. Unde ortum habuit, nobiles, claros, nobilissimos, et clarissimos; ignobiles vero, et plebeos, obscuros nuncupari. Hebraei quidem stellas in symbolum nobilitatis acceperunt; quia Deus revelaverat patri Abrabae filios eius